

cap. 26. Innuimus ergo tibi secundum antiquorum opinionem, qui fuerunt de secta nostra artem imitantissimi, quod principalia naturalia in opere naturae sunt spiritus foetens: id est, sulphur & aqua viva, quam & sicciam aquam nominari concedimus. Spiritum autem foeten- tem diuisimus: est enim albus in occulto, & rubeus & niger uterque in magisterio huius operis: in manifesto au tem uterque tendens ad rubeum. Idem lib. 2. cap. 39. Con sideratio autem rerum iuuatium perfectionem est con sideratio naturalium illarum rerum, quae corporibus si ne artificio videmus adhaerere, & mutationem facere, ut sunt, marchasita, magnesia, thutia, antimonium, & lapis lazuli, & consideratio illorum, quae sine adhaeren- tia corpora mundificant, & sunt, scilicet, sal & alumina, nitrum & boracia, & quae suae naturae sunt, & quae consideratio vitrificationis mundantis per consimi lem naturam.

Mundatio aceti acerrimi secundum Gebrum in lib.

Inuestigationis magisterij.

Acetum cuiuscunq; generis est, seu acerbum, subti liatur & depurat, & illorum virtus siue effectus per distillationem melioratur, de eorum mundatione & depuratione sufficienter tractauimus, cum quibus cor pora imperfecta præparari possunt, & depurari, & me liorari, & subtiliari, igneque semper debito mediante; præparantur enim & depurantur per ista ad intentio nem ignis per hunc modum. Habent enim hæc corpo ra imperfecta humiditates superfluas, & sulphureita tem adustibilem, nigredinem in ipsis admiscendis ge nerantem, ipsa prædicta corpora corruptem. Ha bent enim terrestreitatem immundam, foetulentam & combustibilem, nimis grossam, ingressione impedientem, & fusionem, ista & talia sunt superflua in his corporibus prædictis, quae in ipsis nostra experientia & inuestigatione, certa & ingeniosa sunt inuenta: & quia hæc superflua accidentaliter his superueniunt corporibus, & non radicaliter: ergo & spoliatio accidentalium possibilis est. Oportet ergo nos cum igne artificiali his prædictis mundandis & superflua demere accidentia

Pp